

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Malicia o
cum fontibus primis

Debuerunt Pharisei timere Saduceorum exemplum ut ne similiter interrogantes confundantur, sed ardens malicia dum se saciare festinat, rei exitum non aspicit.

Debuerunt quidem timere Sadducaeorum exemplum, ut non similiter interrogantes confundantur, sed ardens malitia,
dum sauciare festinat,
non aspicit exitum rei,
ut tantummodo alteri noceat, nec sibi penitus.

Pseudo-Chrysostomus, *Opus imperfectum in Matthaeum*, 42 (PG 56, col.872).

Maliuolencia enim et liuor nutriunt impudenciam.

Crisostomus ibidem (super Mattheum XXII.).

Qui ergo iam supra in ostensione denarii fuerant confutati et aduersae partis factionem uiderant subrutam, debuerant exemplo moneri ne ultra molirentur insidias; sed
maliuolentia et liuor
nutrit inpudentiam.

Hieronymus Stridonensis, *Commentarii in euangelium Matthei*, 3 (CCSL 77, D. Hurst & M. Adriaen eds., p.207, ll.1877-1881).